Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31635
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

prisco romanorum uocabulo appellata est robur iouis
in loco qui dicitur gesinei. seruis dei secum astantibus
succidere temptauit. Cumque mentis constantia con
fortatus arborem succidisset; magna quippe aderat
copia paganorum qui et inimicum deorum suorum diligen
tissime deuotabant. Sed ad modicum quidem arbore
precisa confestim inmensa roboris moles diuino
desuper flata exagitata et palmitum confracto culmi
ne corruit et quasi superni nutus solatio in qua
tuor etiam partes disrupta est. et quatuor ingentis
magnitudinis equali longitudo trunci absque
fratrum labore astancium apparuerunt. Quo uiso
prius deuotantes pagani etiam uersa uice be
nedictionem domino pristina abiecta maledictione
credentes reddiderunt.
Hunc autem summe sciatatis antistes consilio in
ito cum fratribus ligneum ex supradicte arboris
materia oratorium construxit. illudque in hono
rem sancti petri apostoli dedicauit. atque uniuersis que
predixImus conplens et superno suffragante nutu
partes ad thuringiam subito profectus est. et seni
ores plebis populique principes affatus est. eosque relic
ta ignorantie cecitate ad acceptum dudum christianita
tis religionem iterando prouocauit. quia fascente suorum
regum dominio magna quidem eorum comitum multitu
do sub theodebaldi periculoso primatu qui lugubre
super eos tirannici ducatus et infestum uastacioni
pocius quam deuocionis obtinebant imperium. uel
corporali per eos preuenta morte uel hostili siquidem
eductione captiuata est. in tantumque diuersis constric
ta malis. ut cetera que manebant residua populi tur
ba saxonum se obiecerit principatui. quo cessante
religiosorum ducum dominatu cessauit etiam in eis
christianitatis et religionis intentio et falsi seducen
tes populum introducti sunt fratres qui sub nomine re
ligionis maximam heretice prauitatis introdux
erunt sectam ex quibus est torchtuuin. et berechere.
eanberecht et hunraed. fornicatores et adulteri.
quos iuxta apostolum iudicabit deus. Qui ualidissimum
aduersus hominem dei concitauerunt conflictum. sed
ueris uerborum dei opposicionibus confutati dignam
recompensationis sortiti sunt sentenciam. Cumque reno
uatus per populum fidei illuxisset candor. et plebs ab in
genti erepta est erroris laqueo iam expulsis profani
hostis amicis et infestis populi supradictis seductoribus

messem quidem multam cum paucis admodum mes
soribus incoluit et magnam primitus mundi huius
penuriam ac frugalitatem sustinuit. magnisque
tribulationum angustiis coartatus. ubi dei se
mina propagauit. Sed cum credentium paulatim
pollesceret multitudo predicatorum quoque mul
tiplicatus esset catalogus. tunc etiam ecclesie re
pente instaurantur. et predicatio eius doctrine
multiformiter emanauit monasteriumque con
gregata seruorum dei unitate et monachorum sum
ma sanctitate constructum est in loco qui dicitur orthdorf
q. p p o s more apostolico manibus uictum uestitumque
instanter laborando adquisierunt. Sicque sacre
rumor predicationis eius diffamatus est in tantumque
inoleuit. ut per maximam iam europe partem
fama eius perstreperet. et ex brittannie partibus
seruorum dei plurima ad eum tam lectorum quam etiam
scriptorum aliarumque artium eruditorum uirorum con
gregationis conuenerat multitudo quorum
quippe quam plurimi regulari se eius institucio
ne subdiderunt populumque ab erratica gentili
tatis profanatione plurimis in locis euocaue
re. Et alia quidem in prouincia hessorum. alii etiam
in thuringia dispersi late per populum pagos ac ui
cos uerbum dei predicabant. Cumque ingens utrique
populi multitudo fidei sacramenta multis milibus
hominum baptizatis perciperet. iam beate memo
rie defuncto gregorio sedis apostolice papa et
glorioso presente sedis gregorio iuniore apostoli
cetulmins kathedram presidente denuo
romam nuncii eius uenerunt. sanctumque sedis apos
tolice pontificem allocuti sunt. eique prioris
amicitie federa que misericorditer ab ante
cessore suo sancto bonifacio eiusque familie colla
ta sunt manifestauerunt. Sed et deuotam eius in fu
turum humilitatis apostolici sedi subiectionem
narrauerunt. et ut familiaritati ac communi
oni sancti pontificis atque tocius sedis apostolice.
ex hoc deuote subiectus communicaret que
admodum edocti erant precantur. Statim igitur sanctus
sedis apostolice papa pontificum (acti) profert responsum
et suam sedisque apostolice familiaritatis et amici
cie communionem tam sancto bonifacio quam eti
am sibi subiectis condonauit. Sumptoque archi
episcopatus pallio cum muneribus diuersisque sanctorum